

Ipse hoc nunquam ~~se~~ facturum, cum magna indignatione protestatur, et sic nihil profectus in regiones reversi sunt.

Anno Domini MC^oCVIII. Rex Philippus, a palatino de Wite linginbach crudeliter in Babinbergh in comodo suo occiditur, propter quod filiam suam ei promiserat, et postmodum retraxit et alio dedit. Post hoc Otto ab omnibus eligitur. Eodem anno, cum Philippus Romanorum imperium, modis quibus potuit usurpasset, et Romanus pontifex pacem et consensum admittere cepisset, et legatos ad Almanniam destinasset, per palatinum de Wite linginbach crudeliter interfectus est: et interfectionis causa fuit: ~~quod~~ cum quendam de filiabus suis, rex ipse prenotato palatino federe legitimo dare destinasset, timens hominis bestialem ferocitatem, revocavit, voluntatem voti rescidit, magis volens filiam alteri dare, quam sub atrocitate viri inconsulti vitam periculosam eandem filiam suam sub anxietate ducere. ~~Hiis~~ mali fomes, absque consideratione acensa, decrevit, quomodo sibi oblatas condignatione puniret injurias. Sed nunquam ~~quod~~ palatino data fuit occasio, nisi cum Babinburgensem civitatem applicuit. Palatinus autem audacter progrediens, cum pulsato hostio non admissus, indignans abiit,

destitit

95

970

cu